

DE II. LOCO.

I. Exorditur Christus à reprehensione incredulitatis illorum: *Ostulti, &c.*

V S V S.

Summa stultitia verbo divino non credere, sed secundum rationis suæ iudicium id torquere.

II. Docet: *Nonne hæc oportuit pati Christum.*

V S V S.

1. Sciendū Christum passum esse non necessitate absolutâ, sed consequentiæ.

2. Exemplo Christi & nos per passionem oportet intrare in gloriam, simus ergo patientes sub cruce.

III. Confirmat suam concionem ex Mose & Prophetis.

V S V S.

Ecclesiæ ministri conciones suas, quas habent ad populum, verbo divino confirmant.

DE III. LOCO.

I. Christus finitâ concione simulat se, *quasi vellet ire longius.*

V S V S.

Et sic adhuc hodiè nobiscum agit, ut clamemus cum discipulis: *Mane nobiscum Domine, &c.*

K 3

II. Di-